

Rome, Biblioteca Casanatense, Mss. varia 205

**Visite apostolique des diocèses de Corse
par Mgr Giovanni Battista Spinola, évêque de Luni et Sarzana
(1686)**

**Extrait concernant les communes actuelles du Pays de Balagne
appartenant au diocèse de Mariana**

Rome, Biblioteca Casanatense, Ms. 205

Coordination et direction scientifiques
Antoine Franzini et Louis Belgodere de Bagnaja

Transcription
Odir Dias

Traduction
Armelle Le Huërou

2015

Visita apostolica in Corsica di Giovanni Battista Spinola vescovo di Luni e Sarzana (1686)

Biblioteca Casanatense, Mss. varia 205

[diocesi di Mariana]

[1r] Actorum visitationis apostolicae totius insulae Corsicae de anno MDCLXXXVI pars secunda.

[87r] Acta visitationis diaecesis Marianensis et Acciensis facta ab illustrissimo et reverendissimo domino domino Ioanne Baptista Spinola episcopo Lunensi Sarzanensi et comite visitatore apostolico et generali reformatore in tota Corsicae insula specialiter deputato [...] nec non ab admodum reverendis dominis visitoribus subdelegatis a dominatione sua illustrissima et reverendissima deputatis [...].

Visite apostolique en Corse de Giovanni Battista Spinola, évêque de Luni et de Sarzana (1686)

Biblioteca Casanatense, Mss. varia 205

[diocèse de Mariana]

[1r] Seconde partie des actes de la visite apostolique de toute l'île de Corse de l'an 1686.

[87r] Actes de la visite du diocèse de Mariana et Accia faite par l'illustrissime et révérendissime seigneur, le seigneur Giovanni Battista Spinola, évêque et comte de Luni [et] de Sarzana, visiteur apostolique et réformateur général spécialement député [...] ainsi que les très révérends seigneurs visiteurs subdélégués députés par son illustrissime et révérendissime seigneurie [...]

[311v] [*en marge*] Parochialis sanctissimae Annunciatae de Muro

1686 die vigesima quarta iunii in tertiis.

Perillustris et admodum reverendus dominus Ioannes Ioseph de Petris iuris utriusque doctor plebanus Oretiae visitator apostolicus subdelegatus (etc.).

Visitavit ecclesiam parochialem sub invocatione beatae virginis Annunciatae de Muro, cuius ad praesens est rector perillustris et admodum reverendus dominus Petrus Moratus iuris utriusque doctor, quam assequutus fuit duobus circiter abhinc annis per permutationem cum admodum reverendo domino Ioanne Baptista de Falchis a Speluncato coram ordinario habitam, ut ex bullaticcis litteris; percipit ex dicta ecclesia annum redditum librarum mille circiter monetae genuensis, consistentium in decimis, primitiis, oblationibus et in aliis proventibus bonorum stabilium dictae ecclesiae.

Visitavit sanctissimum sacramentum, quod invenit asservari in pixide ex auricalco cum cuppa argentea in totum deaurata, conopeo rubei coloris instructa et cruce in eius summitate munita, et est ad formam.

[311v] [*en marge*] [Église] paroissiale de la Santissima Annunziata de Muro

24 juin 1686, à tierce.

L'illustrissime et très révérend seigneur Giovanni Giuseppe Pietri, docteur dans les deux droits et piévan d'Orezza, visiteur apostolique subdélégué (etc.)

a visité l'église paroissiale sous l'invocation de la bienheureuse Vierge de l'Annonciation de Muro, dont est à présent recteur l'illustrissime et très révérend seigneur Pietro Morati, docteur dans les deux droits ; il l'a obtenue il y a environ deux ans par permutation effectuée avec le très révérend seigneur Giovanni Battista Falchi de Speluncato devant l'ordinaire [l'évêque], comme [établi] d'après les lettres bullées ; il perçoit de la dite église un revenu annuel d'environ mille livres de monnaie de Gênes, consistant en dîmes, prémices, offrandes et autres qui proviennent des biens immeubles de la dite église.

Il a visité le Très Saint Sacrement, qu'il a trouvé conservé dans une pyxide en laiton, avec une coupe en argent, entièrement dorée, surmontée d'un conopée de couleur rouge et munie en son sommet

Inservit pro adoratione et communionibus generalibus.

Visitavit aliam pixidem ex argento quae inservit pro asportando sanctissimo viatico ad infirmos, et mandavit provideri de bursa serica cum suis cordulis sericis unde appendatur ad collum sacerdotis. Ostensorium, turribulum et pluviale non adsunt, et dictum fuit iam commissa fuisse et expectari. Vidit baldachinum pro processionibus sanctissimi et etiam umbellam pro asportatione viatici, et sunt ad formam. De ceris pro deferendo sanctissimo providetur a communitate. Lampas ante ipsum sacramentum continuo ardet ex elemosinis et contributionibus dictae communitatis. Dictum sanctissimum sacramentum asservatur ad altare maius in tabernaculo ligneo in totum deaurato, conopeo albi coloris instructo et munito sera et clave, et est ad formam.

Visitavit fontem baptismalem, cuius vas est marmoreum, ciborium vero ligneum, conopeo cerulei coloris instructum cum cruce in eius summitate, munitum sera et clave quae detinetur paenes [*espace en blanc*], et est ad formam. In dicto fonte invenit asservari vasa argentea oleorum chrysmatis et cathecumenorum in bursa serica, et sunt ad

d'une croix ; elle est à la norme. Elle sert pour l'adoration et les communions générales.

Il a visité une autre pyxide en argent qui sert pour apporter le très saint viatique aux malades et il a mandé de se pourvoir d'une bourse de soie avec ses cordons de soie par lesquels elle puisse pendre au cou du prêtre. Il n'y a pas d'ostensoir, d'encensoir ni de pluvial et il a été dit qu'ils avaient déjà été commandés et sont attendus. Il a vu le baldaquin pour les processions du Très Saint [Sacrement] ainsi que l'ombrelle pour le transport du viatique : ils sont à la norme. Les cierges pour porter le Très Saint [Sacrement] sont pourvus par la communauté. La lampe devant le Sacrement brûle continuellement grâce aux aumônes et contributions de la dite communauté. Le Très Saint Sacrement est conservé au maître autel dans un tabernacle de bois entièrement doré, surmonté d'un conopée de couleur blanche et muni d'une serrure et d'une clef : il est à la norme.

Il a visité les fonts baptismaux, dont la cuve est en marbre et le *ciborium* en bois, surmontés d'un conopée de couleur bleue, avec une croix au sommet, munis d'une serrure et d'une clef qui est détenue chez [*espace en blanc*] : ils sont à la norme. Il a trouvé conservés dans les dits fonts les vases d'argent des huiles du chrême et des

formam. Visitavit oleum infirmorum in vase stamneo, et mandavit in posterum asservari in fenestrella conficienda in pariete prope altare maius in cornu evangelii, dictam fenestrellam mandavit vestiri panno [312r] violacei coloris et muniri sera et clave quae detineatur paenes parochum, desuper inscribendo litteris maiusculis *Oleum infirmorum*.

Prope dictum fontem visitavit sacrarium, quod mandavit muniri hostiolo cum sera et clave quae detineatur paenes parochum.

Doctrina christiana docetur per dictum rectorem singulis diebus dominicis inter missarum solemnias et etiam persaepe docetur a prandio, et populus repertus est satis instructus.

Procuratores dictae ecclesiae renovantur annuatim et computantur tunc temporis redduntur coram domino rectore et novis procuratoribus.

In hac ecclesia solet recitari officium beatae Mariae virginis singulis diebus festivis a confraternitate laicali ibi erecta auctoritate ordinarii cum capitulis ab eodem approbatis. Confratres induunt cappas et habent suos officiales, cuius caput vocatur prior, et renovantur ter per

catéchumènes dans une bourse en soie : ils sont à la norme. Il a visité l'huile des malades dans un vase en étain et a mandé de la conserver à l'avenir dans une niche à ménager dans la paroi près du maître autel du côté de l'Évangile ; il a mandé que la dite niche soit tapissée d'un tissu [312r] de couleur violette et munie d'une serrure et d'une clef qui soit détenue chez le curé ; qu'on inscrive dessus en lettres majuscules *Oleum infirmorum* (Huile des malades).

Près des fonts, il a visité le sacraire et a mandé de le munir d'une petite porte avec une serrure et une clef qui soit détenue chez le curé.

La doctrine chrétienne est enseignée par le dit recteur tous les dimanches pendant les solennités des messes et elle est aussi bien souvent enseignée l'après-midi ; le peuple a été trouvé assez instruit.

Les procureurs de la dite église sont renouvelés annuellement et les comptes sont alors rendus devant le seigneur recteur et les nouveaux procureurs.

Dans cette église, l'office de la Bienheureuse Vierge Marie a coutume d'être récité à toutes les fêtes par la confrérie laïque qui y a été érigée par autorité de l'ordinaire [l'évêque], avec des statuts par lui approuvés. Les confrères portent des capes et ont leurs officiers, dont

annum excepto massario, qui stat ad annum, et tunc redduntur computa coram domino rectore et novis officialibus. Habent massam pecuniariam constitutam ex contributionibus certis dictorum fratrum, de qua solent providere defunctos fratres in eorum depositione, tribuentes pro sepulchralibus exequiis libras septem cerae. Solent etiam dicti confratres providere altare de candelis pro missis celebrandis.

In hac ecclesia est erecta societas mulierum quae gubernatur a domino rectore sub quibusdam capitulis ab ordinario approbatis, et habent etiam dictae mulieres suas officiales, cuius caput vocatur priora, et renovantur singulis annis, computa tunc temporis reddentes de parva massa pecuniaria constituta ex contributionibus dictarum mulierum, de qua solent providere sorores defunctas de quibusdam elemosinis.

Visitavit altare maius, quod manutenetur a communitate absque ullo reddito et onere et est sufficienter provisum de necessariis ad celebrationem missae, instructum ornamento columnarum sculptarum variis coloribus, in eo nulla reperitur indulgentia applicata neque in ullo alio altari.

le chef est appelé prieur ; ils sont renouvelés trois fois par an, sauf le trésorier qui exerce à l'année : les comptes sont alors rendus devant le seigneur recteur et les nouveaux officiers. Ils ont une trésorerie constituée des contributions fixes des frères, sur laquelle ils ont coutume de pourvoir les frères défunts lors de leur enterrement, attribuant pour les cérémonies funèbres sept livres de cire. Les dits confrères ont aussi l'habitude de pourvoir l'autel de chandelles pour célébrer les messes.

Dans cette église est érigée une compagnie de femmes dirigée par le seigneur recteur sous des statuts approuvés par l'ordinaire [l'évêque] et les dites femmes ont aussi leurs officiers, dont la chef est appelée prieure; elles sont renouvelées chaque année, rendant alors les comptes de la maigre trésorerie constituée des contributions des dites femmes et sur laquelle elles ont coutume de pourvoir les sœurs défuntes d'aumônes.

Il a visité le maître autel qui est entretenu par la communauté, sans aucun revenu ni charge; il est suffisamment pourvu du nécessaire à la célébration de la messe, surmonté d'un ornement de colonnes sculptées de couleurs variées ; aucune indulgence ne s'y trouve affectée, ni à aucun autre autel.

Visitavit altare sub invocatione beatae virginis Assumptae, quod manutenetur a domino Petro de Muratis iuris utriusque doctore et suis haeredibus, et est sufficienter provisum de icone et de reliquis necessariis ad celebrationem missae; habet redditum annuum librarum quingentarum et quinquaginta provenientum ex capitali librarum [312v] quinque millia et quinque centum in sorte principali cuiusdam census a dicto domino patrono assignati et usque in perpetuum cum onere celebrandi ter per hebdomadam, et ad praesens satisfecit oneri ipsemet patronus, quod altare fuit dotatum a domino Ioanne de Astolto [*lire Astolfo*] eiusdem loci de Muro <et> post obitum ipsius patroni cum onere celebrandi quinque missas per hebdomadam in perpetuum.

Visitavit altare sub invocatione Nativitatis beatae Mariae virginis, quod manutenetur a dominis haeredibus olim dicti solliciti fundatoris et est provisum de icone et caeteris necessariis ad missae celebrationem, et in eo solet aliquando celebrari absque ullo reddito et onere coram dicto altari.

Vidit monumentum, quod manutenetur a dictis dominis patronis ad formam.

Visitavit altare sub titulo Purgatorii, manutenetur a communitate

Il a visité l'autel sous l'invocation de la bienheureuse Vierge de l'Assomption, qui est entretenu par le seigneur Pietro Morati, docteur dans les deux droits, et ses héritiers; il est suffisamment pourvu d'un tableau et de tout le nécessaire à la célébration de la messe; il a un revenu annuel de 550 livres et cinquante livres provenant d'un capital de 5500 livres en capital d'un cens assigné par le dit seigneur patron et jusqu'à perpétuité avec charge de célébrer trois fois par semaine; à présent satisfait à la charge ce patron lui-même. Cet autel fut doté par le seigneur Giovanni de Astolfo du même lieu de Muro avec charge, après la mort de ce patron, de célébrer cinq messes par semaine à perpétuité.

Il a visité l'autel sous l'invocation de la Nativité de la Bienheureuse Vierge Marie, qui est entretenu par les seigneurs héritiers de feu le dit fondateur plein de sollicitude et il est pourvu d'un tableau et de tout le nécessaire à la célébration de la messe; il est d'usage d'y célébrer parfois, sans aucun revenu ni charge, devant le dit autel.

Il a vu le monument [funéraire] qui est entretenu par les dits seigneurs patrons: à la norme.

Il a visité l'autel sous le titre du Purgatoire; il est entretenu par

absque reddito et onere et est sufficienter provisum de icone et reliquis necessariis ad celebrationem missae, et in eo aliquando celebratur.

Visitavit altare sub invocatione beatae Mariae virginis de sanctissimo Rosario, quod manutenetur a consortio praedictarum mulierum et ab eisdem providetur de suppellectibus sacris necessariis ad celebrationem missae, de quibus invenit sufficienter provisum praedictum altare cum sua icone ad formam. Coram dicto altari solet recitari rosarium beatae Virginis ter per hebdomadam, sed non est ibi erecta societas.

Vidit sedem confessionalem et pulpitem superpositum, in quo solet concio haberi ad populum, et tam pulpitem quam sedes confessionalis sunt ad formam.

In dicta ecclesia vidit quatuor monumenta sepulchralia ad formam, et manutenentur a quibusdam dominis patronis privatis, et quia fuit dictum iam mandatum fuisse ab ordinario debere fieri alterum monumentum pro communitate, quod adhuc constructum non fuit, ideo mandavit intra tres menses compleri; et quia adest reverendus dominus Ioannes Antonius Felix dicti loci qui ultroneus se offert suppeditare impensas ex sua devotione pro dicto monumento conficiendo in hac

la communauté, sans revenu ni charge et est suffisamment pourvu d'un tableau et de tout le nécessaire à la célébration de la messe ; on y célèbre parfois la messe.

Il a visité l'autel sous l'invocation de la Bienheureuse Vierge Marie du Très Saint Rosaire, qui est entretenu par l'assemblée de femmes susdites et par elles pourvu des ustensiles sacrés nécessaires à la célébration de la messe, dont il a trouvé que le dit autel était suffisamment pourvu avec son tableau à la norme. Devant l'autel, le rosaire de la Bienheureuse Vierge a coutume d'être récité trois fois par semaine, mais il n'y est pas érigé de compagnie.

Il a vu le confessionnal et la chaire qui le surplombe, où il est d'usage de tenir sermon au peuple ; tant la chaire que le confessionnal sont à la norme.

Dans la dite église, il a vu quatre monuments funéraires à la norme ; ils sont entretenus par des patrons privés, et comme il a été dit qu'avait déjà été mandé par l'ordinaire [l'évêque] de faire un autre monument pour la communauté, qui n'a pas été jusqu'à présent construit, il a mandé de l'exécuter dans les trois mois. Comme le révérend seigneur Giovanni Antonio Felice (*ou* Felici) du dit lieu s'offre spontanément par dévotion pour subvenir aux dépenses de

ecclesia, ideo grata habetur eius oblatio.

Visitavit campanile, quod mandavit compleri et etiam [313r] readaptari eius campanas, quas invenit fractas, infra annum. Corpus ecclesiae est dealbatum et ad formam eiusque fores sunt munitae clave quae detinetur paenes deputatum dicti loci.

Visitavit suppellectilia sacra, quae invenit satis pretiosa et copiosa et perpolite, tenentur asservata in quodam scamno a tergo altaris maioris.

Visitavit libros parochiales et invenit ad formam. Animae huius parochiae sunt in totum sexcentum, ex quibus communicantur quatuorcentum, et omnes paruerunt praecepto Ecclesiae, ut ex schedulis quas [rector?] distribuit notum est.

In hac parochia adsunt duo presbiteri, s[c]ilicet presbiter Barnardus de Franciscis et Ioannes Antonius Felix, quorum primus est i(uris) c(onsultus), et ambo testante domino rectore sunt bonae vitae et famae.

[en marge] Oratorium sancti Petri

Visitavit oratorium sub invocatione sancti Petri situm in loco

construction du dit monument dans cette église, son offrande est considérée comme acceptable.

Il a visité le clocher et a mandé de l'achever ainsi que de réparer [313r] ses cloches, qu'il a trouvées cassées, dans l'année. Le corps de l'église est blanchi et à la norme et ses portes sont munies d'une clef qui est détenue chez celui du lieu qui y a été affecté.

Il a visité le mobilier sacré, qu'il a trouvé assez précieux, abondant et très propre ; il est tenu conservé dans un banc au dos du maître autel.

Il a visité les livres paroissiaux et les a trouvés à la norme. Les âmes de cette paroisse sont en tout 600, parmi lesquelles 400 communient; et toutes ont obéi au précepte de l'Église, selon ce qui est noté sur les billets que [le recteur] a distribués.

Dans cette paroisse, il y a deux prêtres : le prêtre Bernardo Francisci et Giovanni Antonio Felice (*ou Felici*), dont le premier est jurisconsulte et tous deux, au témoignage du recteur, sont de bonne vie et de bonne réputation.

[en marge] Oratoire Santo Pietro

Il a visité l'oratoire sous l'invocation de Santo Pietro situé dans le

Muri intra limites parochiae praedictae, et manutenetur a dominis patronis Petro de Muratis et Iacobo Francisco fratribus eiusdem loci. Habet unicum altare eleganter erectum cum ornamento columnarum sculptarum, et est sufficienter provisum de icone ad formam et de reliquis necessariis ad celebrationem missae, et in eo frequenter celebratur absque ullo onere et reddito. Suppellectilia sacra asservantur in scamno cum clave quae detinetur paenes dominos patronos. Corpus oratorii est dealbatum et perpolitum et eius fores sunt etiam ad formam, munitae clave quae detinetur paenes dictos dominos patronos.

Dictum oratorium fuit erectum auctoritate ordinarii et de eiusdem licentia, et de consensu rectoris ibi celebratur.

[*en marge*] Oratorium sancti Iacobi

Visitavit ecclesiam campestrum sub titulo sancti Iacobi, quae manutenetur ab eadem communitate, et ibi aliquando celebratur.

Visitavit altare maius, quod invenit spoliatum et nudum et dumtaxat provisum de icone, et dictum fuit quando ibi celebratur asportari suppellectilia sacra ex ecclesia parochiali.

lieu de Muro dans les limites de la paroisse sudite ; il est entretenu par les seigneurs patrons Pietro Morati et Giacomo Francesco, frères du même lieu. Il a un unique autel érigé avec élégance avec un ornement de colonnes sculptées et il est suffisamment pourvu d'un tableau à la norme et de tout le nécessaire à la célébration de la messe ; on y célèbre fréquemment, sans aucune charge ni revenu. Le mobilier sacré est conservé dans un banc avec une clef qui est détenue chez les seigneurs patrons. Le corps de l'oratoire est blanchi et très propre et ses portes sont aussi à la norme, munies d'une clef qui est détenue chez les dits seigneurs patrons.

Le dit oratoire fut érigé par l'autorité de l'ordinaire et avec sa permission et on y célèbre avec le consentement du recteur.

[*en marge*] Oratoire San Giacomo

Il a visité l'église champêtre sous le titre de San Giacomo, qui est entretenue par la même communauté ; on y célèbre parfois la messe.

Il a visité le maître autel qu'il a trouvé dépouillé et nu, seulement pourvu d'un tableau. Il a été dit que lorsqu'on y célèbre, le mobilier sacré est apporté depuis l'église paroissiale.

Visitavit etiam alterum altare pariter nudum ut supra et tantum provisum de icone sub invocatione sancti Iacobi maioris et altera icon[e] sub invocatione beatae Mariae virginis. Corpus ecclesiae est dealbatum et ad formam et etiam fores eius sunt ad formam, [313v] mandavit tamen muniri clave quae detineri debeat paenes dominum rectorem.

[*en marge*] Ecclesia sancti Ioannis Evangelistae

Visitavit ecclesiam campestem sub invocatione sancti Ioannis Evangelistae, quae antiquitus erat ecclesia parochialis et fuit in eius loco subrogata pro maiori commoditate populi altera ecclesia superius nunciata. Visitavit altare maius, quod manutenetur a communitate et est sufficienter provisum de icone et de caeteris necessariis ad celebrationem missae quae in eo aliquando solet celebrari, et suppellectilia sacra in quodam scamno sera et clave munito quae detinetur paenes dominum rectorem. Visitavit alterum altare nudum et expoliatum, in quo non celebratur quia fornix iam cecidit, et ideo mandavit infra annum readaptari. Corpus ecclesiae est dealbatum et ad formam. Fores dictae ecclesiae sunt ad formam, mandavit tamen muniri sera et clave quae

Il a également visité un autre autel pareillement nu que plus haut et seulement pourvu d'un tableau sous l'invocation de San Giacomo Maggiore et d'un autre tableau sous l'invocation de la Bienheureuse Vierge Marie. Le corps de l'église est blanchi, à la norme et ses portes sont aussi à la norme. [313v] Il a cependant mandé de les munir d'une clef qui devra être détenue chez le seigneur recteur.

[*en marge*] Église San Giovanni Evangelista

Il a visité l'église sous l'invocation de San Giovanni Evangelista qui était anciennement l'église paroissiale et à laquelle fut substituée l'autre église mentionnée plus haut pour la plus grande commodité du peuple. Il a visité le maître autel qui est entretenu par la communauté et est suffisamment pourvu d'un tableau et de tout le nécessaire à la célébration de la messe qu'il est d'usage d'y célébrer parfois. Le mobilier sacré est conservé dans un banc avec une clef qui est détenue chez le seigneur recteur. Il a visité un autre autel, nu et dépouillé, où l'on ne célèbre pas, car la voûte est désormais tombée. Il a donc mandé de la réparer dans l'année. Le corps de l'église est blanchi et à la norme. Les portes de la dite église sont à la norme. Il a cependant

detineatur paenes dominum rectorem. Prope dictam ecclesiam est caemeterium, quod mandavit melius claudi.

Visitavit aedes canonicales, in quibus de praesenti inhabitat curatus [*mot ajouté*], et invenit sufficientes et ad formam.

Nuptiae non benedicuntur, ideo mandavit in posterum benedici ad formam missalis romani, et si sponsi negligentes fuerint in benedictione petenda contra eos poena (etc.).

Vidit libros dicti domini rectoris et invenit copiosius eis abundare.

[*en marge*] Parochialis sancti Nicolai Felicetti

Die 25 iunii in tertiis.

Praefatus dominus visitator visitavit ecclesiam parochialem sub invocatione sancti Nicolai, plebaniam nuncupatam de Felicetto, cuius ad praesens est plebanus et rector admodum reverendus dominus Fabianus de Aloysiis, quam assequutus fuit triginta sex circiter abhinc annis per

mandé de les munir d'une serrure et d'une clef qui soit détenue chez le seigneur recteur. Près de la dite église, il y a un cimetière qu'il a mandé de mieux fermer.

Il a visité le prebytere, où habite à présent le curé et l'a trouvé suffisant et à la norme.

Les noces ne sont pas bénies. Il a donc mandé de les bénir à l'avenir selon la norme du missel romain ; et si les époux ont été négligents pour demander la bénédiction, qu'une peine (etc.) contre eux (etc.)

Il a vu les livres du dit seigneur recteur et les a trouvés bien copieusement remplis.

[*en marge*] [Église] paroissiale de San Nicolao de Feliceto

25 juin à tierce.

Le susdit seigneur visiteur apostolique a visité l'église paroissiale sous l'invocation de San Nicolao, appelée *pieve* de Feliceto, dont est à présent piévan et recteur le très révérend seigneur Fabiano Luigi ; il l'a obtenue il y a environ 36 ans par résignation en sa faveur

resignationem eius favori factam ab admodum reverendo domino Marcello de Mancinis de Belgodere, dictae ecclesiae tunc temporis plebano, percipiens in annuo reddito libras mille menotae [*sic*] genuensis, consistentes in decimis, primitiis, oblationibus et in aliis fructibus provenientes ex bonis stabilibus dictae ecclesiae.

Visitavit sanctissimum sacramentum, quod invenit asservari in pixide ex auricalco cum cuppa argentea in totum deaurata, [314r] conopeo varii coloris instructa, ad formam, et inservit pro adoratione et communionibus generalibus. Visitavit aliam pixidem parvam ex argento, quae inservit pro asportando sanctissimo viatico ad infirmos et est ad formam, mandavit autem provideri de bursa serica cum suis cordulis sericis, unde appendatur ad collum sacerdotis, infra trimestre. Visitavit ostensorium ex auricalco in totum deauratum cum vitro et cruce in eius summitate, et est ad formam; inservit pro expositione et asportatione sanctissimi in processionibus. Visitavit baldachinum sericum elegantis formae pro processionibus cum sanctissimo, nec non etiam umbellam ad formam, mandavit tamen in eius summitate crucem apponi. Velum humerale albi coloris et turribulum ex auricalco cum eius navicula adsunt ad formam. Pluviale non adest, ideo mandavit saltem infra biennium de eo provideri. Lampas ante ipsum sanctissimum sacramentum continuo

faite par le très révérend seigneur Marcello Mancini de Belgodere, alors piévan de la dite église ; il perçoit comme revenu annuel 1000 livres de monnaie de Gênes, consistant en dîmes, prémices, offrandes et autres revenus provenant des biens immeubles de la dite église.

Il a visité le Très Saint Sacrement, qu'il a trouvé conservé dans une pyxide en laiton avec une coupe en argent entièrement dorée, [314r] surmontée d'un conopée de couleur différente [selon le temporal], à la norme ; elle sert pour l'adoration et les communions générales. Il a visité une autre petite pyxide en argent qui sert pour apporter le très saint viatique aux malades et qui est à la norme. Il a mandé de se pourvoir dans le trimestre d'une bourse de soie avec ses cordons de soie par lesquels elle puisse pendre au cou du prêtre. Il a visité l'ostensoir en laiton entièrement doré avec une vitre et une croix au sommet : il est à la norme. Il sert pour l'exposition et le transport du Très Saint [Sacrement] lors des processions. Il a visité un baldaquin de soie de forme élégante pour les processions avec le Très Saint [Sacrement] ainsi qu'une ombrelle, à la norme. Il a cependant mandé d'y ajouter une croix au sommet. Il y a un voile huméral de couleur blanche et un encensoir en laiton avec sa navette : à la norme. Il n'y a pas de pluvial : il a donc mandé de s'en pourvoir dans les deux ans. La

ardet ex elemosinis et contributionibus communitatis, quae etiam providet de cereis pro deferendo sanctissimo. Dictum sanctissimum sacramentum asservatur ad altare maius in tabernaculo ligneo in totum deaurato, conopaeo rubei coloris instructo et etiam aliis conopaeis diversi coloris secundum tempora proviso, munito sera et clave, et supra se pendet etiam baldachinum, omnia ad formam.

Visitavit fontem baptismalem, cuius vas est marmoreum, ciborium vero ligneum, conopaeo cerulei coloris instructum cum cruce in eius summitate, munitum sera et clave quae detinetur paenes dominum plebanum ad formam. Vidit cochlear ex argento pro suscipienda aqua in baptizandis infantibus et etiam vidit in eo asservari vasa stamnea oleorum chrysmatis et cathecumenorum ad formam, et quia in eodem fonte invenit oleum infirmorum in vase argenteo, ideo mandavit in posterum asservari in fenestrula conficienda in pariete prope altare maius in cornu evangelii, quam mandavit intus vestiri panno violacei coloris et ostiolo muniri cum ser<r>a et clave detinenda paenes dominum plebanum, desuper inscribendo litteris maiusculis *Oleum infirmorum*.

lampe devant le Très Saint Sacrement brûle continuellement grâce aux aumônes et contributions de la communauté, qui pourvoit également en cierges pour porter le Très Saint [Sacrement]. Le dit Très Saint Sacrement est conservé au maître autel dans un tabernacle de bois entièrement doré, surmonté d'un conopée de couleur rouge ; il est également pourvu d'autres conopées de couleur différente selon le temporal, muni d'une serrure et d'une clef ; au-dessus pend aussi un baldaquin, le tout à la norme.

Il a visité les fonts baptismaux, dont la cuve est en marbre et le *ciborium* en bois, surmontés d'un conopée de couleur bleue avec une croix au sommet ; ils sont munis d'une serrure et d'une clef qui est détenue chez le seigneur piévan : à la norme. Il a trouvé une cuiller en argent pour prendre l'eau lorsqu'on baptise les enfants. Il y a aussi vu conservés les vases en étain des huiles du chrême et des catéchumènes, à la norme. Comme dans les mêmes fonts, il a trouvé l'huile des malades dans un vase en argent, il a mandé de le conserver à l'avenir dans une niche à ménager dans la paroi près du maître autel du côté de l'Évangile ; il a mandé qu'elle soit tapissée à l'intérieur d'un tissu de couleur violette et munie d'une petite porte avec une serrure et une clef à détenir chez le seigneur piévan ; que soit inscrit au-dessus en lettres

Prope dictum fontem visitavit sacrarium, quod mandavit muniri hostiolo cum ser<u>a et clave.

Doctrina christiana docetur singulis diebus dominicis a prandio per dominum plebanum.

Nuptiae raro benedicuntur, ideo mandavit in posterum benedici [314v] ad formam missalis romani, et si sponsi negligentes fuerint in dicta benedictione petenda contra eos poenam (etc.).

Visitavit altare maius, quod manutinetur a communitate, nullum habens redditum nec onus, et est sufficienter provisum de necessariis ad celebrationem missae, pro qua celebranda providetur de candelis a communitate dicti loci.

Visitavit altare sub invocatione sanctissimi Rosarii, quod pariter manutinetur a communitate et est provisum de icone et de reliquis necessariis ad celebrationem missae absque ullo reddito et onere, coram eo pendet lampas continuo ardens ex elemosinis piorum. In dicto altari est erecta societas tam virorum quam mulierum auctoritate apostolica cum privilegiis et indulgentiis, et ab eadem societate solet recitari rosarium ter per hebdomadam ad formam bullae.

majuscules *Oleum infirmorum* (Huile des malades).

Près des dits fonts, il a visité le sacraire et a mandé de le munir d'une petite porte avec serrure et clef.

La doctrine chrétienne est enseignée tous les dimanches après-midi par le seigneur piévan.

Les noces sont rarement bénies : il a donc mandé de les bénir à l'avenir [314v] selon la norme du missel romain ; et si les époux ont été négligents pour demander la bénédiction, que contre eux etc.

Il a visité le maître autel, qui est entretenu par la communauté, sans aucun revenu ni charge et est suffisamment pourvu de tout le nécessaire à la célébration de la messe, pour la célébration de laquelle la communauté du lieu pourvoit en chandelles.

Il a visité l'autel sous l'invocation du Très Saint Rosaire, qui est également entretenu par la communauté et est suffisamment pourvu d'un tableau et de tout le nécessaire à la célébration de la messe, sans aucun revenu ni charge. Devant lui pend une lampe qui brûle continuellement grâce aux aumônes des gens pieux. Au dit autel est érigée une compagnie tant d'hommes que de femmes par l'autorité apostolique, avec privilèges et indulgences ; le rosaire a coutume d'être récité trois fois par semaine par la même compagnie, suivant la

Visitavit altare sub invocatione sancti Andreae manutentum ab eadem communitate, provisum de icone et de reliquis necessariis ad celebrationem missae quae in eo solet celebrari absque ullo reddito et onere.

Visitavit altare sub titulo Purgatorii pariter manutentum a communitate, est sufficienter provisum de icone et de aliis necessariis ad celebrationem missae; habet annum redditum librarum viginti monetae genuensis pro tot missis celebrandis in dicto altari. Procuratores dictae ecclesiae solent renovari per biennium et computa tunc temporis redduntur coram domino plebano et novis procuratoribus.

Vidit sedem confessionalem et mandavit provideri de lamina forata et in ea etiam apponi summarium bullae Cena una [cum] schedula casuum reservatorum. Vidit etiam pulpitum ex cal[c]e fabrefactum ad formam, in quo solet saepe saepius concio haberi ad populum per praedicatores religiosos.

Vidit campanile cum duabus campanis elegantis autem formae. Corpus ecclesiae est dealbatum et ad formam, sicut etiam eius fores, munitae clave quae detinetur paenes dominum plebanum.

norme de la bulle.

Il a visité l'autel sous l'invocation de Sant'Andrea, entretenu par la même communauté, pourvu d'un tableau et de tout le nécessaire à la célébration de la messe, qu'il est de coutume d'y célébrer sans revenu ni charge.

Il a visité l'autel sous le titre du Purgatoire, pareillement entretenu par la communauté : il est suffisamment pourvu d'un tableau et de tout le nécessaire à la célébration de la messe ; il a un revenu annuel de 20 livres de monnaie de Gênes pour autant de célébrations de messes au dit autel. Il est d'usage de renouveler annuellement les procureurs de la dite église et les comptes sont alors rendus devant le seigneur piévan et les nouveaux procureurs.

Il a vu le confessionnal et a mandé de le pourvoir d'une grille et d'y afficher également le abrégé de la bulle *In Cena* ainsi que le feuillet des cas réservés. Il a également vu la chaire fabriquée en chaux, à la norme, où il est d'usage que soit très souvent tenu sermon au peuple par des prédicateurs religieux.

Il a vu le clocher avec deux cloches, de forme élégante. Le corps de l'église est blanchi et à la norme, de même que ses portes, munies d'une clef qui est détenue chez le seigneur piévan.

In dicta ecclesia reperiuntur quinque monumenta sepulchralia, tria manutinentur a diversis patronis privatis et duo sunt communia. Mandavit fieri alium tumulum pro parvulis sepeliendis, saltem infra biennium.

[315r] Visitavit suppellectilia sacra et invenit satis abundantia et perpolite custodita in quodam scamno, quod asservatur ad formam in choro, et etiam in capsis in eodem choro, mandavit tamen dictum scamnum et dictas capsas muniri clavibus, quae detineri apud dictum plebanum mandavit.

In hac [ecclesia] est erecta societas mulierum auctoritate ordinarii sub invocatione beatissimae Virginis, quae gubernatur a domino plebano sub quibusdam regulis ab eodem ordinario approbatis, habet suas officiales, quarum caput vocatur priora, et renovantur vel confirmantur singulis annis, habent massam pecuniariam, de qua solent providere sorores defunctas in earum depositione de septem libris cerae, et ecclesiam de caeris et etiam de suppellectilibus sacris.

In hac parochia adsunt duo presbiteri, scilicet presbiter Ioannes Franciscus de Vincensellis (*lire* Vincentellis) et presbiter Ioannes Baptista de Aloysiis, adsunt etiam tres clerici, scilicet Franciscus

Dans la dite église se trouvent cinq monuments funéraires : trois sont entretenus par divers patrons privés et deux sont communs [à tous]. Il a mandé de faire dans les deux ans une autre tombe pour ensevelir les enfants.

[315r] Il a visité le mobilier sacré et l'a trouvé assez fourni et gardé fort propre dans un banc qui, suivant la norme, est conservé dans le chœur, ainsi que dans des coffres dans le même chœur. Il a cependant mandé de munir le dit banc et les dits coffres de clefs, qui soient détenues chez le dit piévan.

Dans cette église, est érigée par l'autorité de l'ordinaire une compagnie de femme sous l'invocation de la Très Bienheureuse Vierge, qui est dirigée par le seigneur piévan sous des règles approuvées par le même ordinaire [l'évêque] ; elle a ses officiers, dont la chef est appelée prieure, et elles sont renouvelées ou confirmées chaque année ; elles ont une trésorerie sur laquelle elles ont coutume de pourvoir les sœurs défunes de sept livres de cire pour leur enterrement et l'église de cierges ainsi que d'autres mobiliers sacrés.

Dans cette paroisse, il y a deux prêtres : le prêtre Giovanni Francesco Vincentelli et le prêtre Giovanni Battista Luigi ; il y a aussi trois clercs : Francesco Pizzuti (ou Pinzuti), Stefano Luigi, Giuseppe

Pizzutus, Stephanus Aloysius, Io<so>seph de Vincensellis (*lire* Vincentellis), et omnes prout testatur dominus plebanus sunt bonae vitae et famae. Rep[er]iuntur duae mulieres quae inserviunt sub regula Servorum beatae virginis Mariae et induunt habitum nigri coloris cum velo albo et inhabitant in suis domibus et aedificationem praestant, prout dominus plebanus attestatur.

Et quia dictum fuit <dictum> aliquando cordas campanarum infrangi, ita ut dictae campanae nequeunt sonare, cum detrimento servitii divini, ideo mandavit fabricari scalas unde possit facile ascendi ad dictas campanas, et debeat dictus plebanus providere de dictis scalis et cordis sumptibus ipsius communitatis, et etiam debeantur per dictum dominum plebanum in posterum dari signum ter in diem suis horis solitis de salutatione angelica.

[*en marge*] Oratorium sanctae Crucis

Visitavit oratorium sub invocatione sanctae Crucis, quod manutenetur a confraternitate ibi erecta auctoritate ordinarii, quae inservit sub quibusdam capitulis non adhuc ab ordinario approbatis. Dicti confratres induunt cappas albas et habent suos officiales, cuius [caput] dicitur prior, renovantur quater per annum exceptis massario et

Vincentelli. Tous, au témoignage du seigneur piévan, sont de bonne vie et de bonne renommée. On trouve deux femmes qui servent sous la règle des Servites de la Bienheureuse Vierge Marie, portent l'habit de couleur noire avec le voile blanc, habitent dans leurs maisons et sont des modèles d'édification, ainsi que l'atteste le seigneur piévan.

Comme il a été dit que les cordes des cloches cassent parfois, de sorte que les cloches ne peuvent plus être sonnées, au détriment du service divin, il a mandé de fabriquer des échelles pour pouvoir monter facilement aux dites cloches ; le dit piévan doit les pourvoir des dites échelles et cordes aux frais de cette communauté ; elles doivent aussi pouvoir être sonnées par le dit seigneur piévan trois fois par jour aux heures habituelles de l'Angelus.

[*en marge*] Oratoire de Santa Croce.

Il a visité l'oratoire sous l'invocation de Santa Croce, qui est entretenu par une confrérie qui y a été érigée par l'autorité de l'ordinaire [l'évêque] et qui sert sous des statuts non encore approuvés par l'ordinaire. Les dits confrères portent des capes blanches et ont leurs officiers, dont [le chef] est appelé prieur ; ils sont renouvelés quatre

procuratoribus durantibus ad annum. Habent massam pecuniariam constitutam ex contributionibus annuis certis dictorum fratrum, de qua solent providere confratres defunctos de ceris pro sepulchralibus exequiis et etiam de elemosinis [315v] pro missis celebrandis. Visitavit altare, quod manutenetur a confraternitate, et est etiam sufficienter provisum de icone et de caeteris necessariis ad celebrationem missae quae in eo aliquando solet celebrari absque ullo reddito et onere. Suppellectilia sacra dictae confraternitatis ut melius custodiantur asservantur in ecclesia parochiali, quae est propinqua dicto oratorio. Singulis diebus festivis congregantur confratres in dicto oratorio et solent recitare officium beatae Mariae virginis et alias praeces effundere. Corpus oratorii est dealbatum et est satis ad formam, est etiam scamnis ligneis circum circa septum et eius fores sunt munitae clave quae detinetur apud priorem, et sunt ad formam.

Vidit libros parochiales et mandavit omnino servari formam ritualis romani tam in matrimoniis quam in nominibus baptizatorum conscribendis, mandavit etiam confici librum de statu animarum. Animae huius parochiae sunt in totum quatuor centum circiter, ex quibus communicantur ducentum et sexaginta, et non omnes paruerunt

fois par an, à l'exception du trésorier et des procureurs qui restent à l'année. Ils ont une trésorerie constituée des contributions annuelles fixes des dits frères, sur laquelle ils ont coutume de pourvoir les confrères défunts de cire pour les cérémonies funèbres ainsi que d'aumônes [315v] pour célébrer des messes. Il a visité l'autel qui est entretenu par la confrérie et est suffisamment pourvu d'un tableau et de tout le nécessaire à la célébration de la messe qu'il est d'usage d'y célébrer parfois, sans aucun revenu ni charge. Le mobilier sacré de la dite confrérie est conservé pour être mieux gardé dans l'église paroissiale, qui est proche du dit oratoire. À toutes les fêtes, les confrères se réunissent dans le dit oratoire, ont coutume de réciter l'office de la Bienheureuse Vierge Marie et de dire les autres prières. Le corps de l'oratoire est blanchi et assez à la norme. Il est aussi entouré de bancs de bois et ses portes sont munies d'une clef qui est détenue chez le prieur ; ils sont à la norme.

Il a visité les livres paroissiaux et a mandé d'observer en tout la norme du rituel romain, tant pour consigner les mariages que les noms des baptisés ; il a aussi mandé de confectionner un livre de l'état des âmes. Les âmes de cette paroisse sont environ 400 en tout, parmi lesquelles 260 communient et tous n'ont pas obéi au précepte de

praecepto ecclesiae, ideo mandavit contumaces admoneri ut pareant, et si non paruerint denunciari curiae episcopali, et ut in posterum certo certius sciatur an omnes communicaverint mandavit distribui singulis schedulas et eas r[e]colligi priusquam tempus paschale terminetur.

Visitavit aedes canonicales, in quibus de praesenti inhabitat dominus plebanus, et invenit sufficientes.

[*en marge*] Oratorium sancti Rocc[h]i

Visitavit oratorium campestre sub invocatione sancti Rocchi situm intra limites parochiae sancti Nicolai de Feliceto, quod manutinetur a communitate, et in eo visitavit altare pariter manutentum a communitate, provisum de icone et de reliquis necessariis ad celebrationem missae quae in eo aliquando solet celebrari de consensu domini plebani. Suppellectilia sacra asservantur in scamno ecclesiae parochialis sancti Nicolai. Corpus oratorii est dealbatum et bene ad formam, et fuit erectum et benedictum auctoritate ordinarii. Fores dicti oratorii sunt ex cancellis ligneis absque sera secreta et clave, de quibus mandavit provideri infra mensem.

l'Église : il a donc mandé d'avertir les contumaces d'obéir et s'ils ne le faisaient pas, de les dénoncer à la curie épiscopale ; et pour savoir à l'avenir avec certitude si tous ont communié, il a mandé de distribuer à chacun les billets et de les ramasser avant la fin du temps pascal.

Il a visité le presbytère, où habite à présent le seigneur piévan et l'a trouvé suffisant.

[*en marge*] Oratoire San Rocco

Il a visité l'oratoire sous l'invocation de San Rocco situé dans les limites paroissiales de San Nicolao de Feliceto, lequel est entretenu par la communauté. Il y a visité un autel également entretenu par la communauté, pourvu d'un tableau et de tout le nécessaire à la célébration de la messe, qu'il est d'usage d'y célébrer parfois avec le consentement du seigneur piévan. Le mobilier sacré est conservé dans un banc de l'église paroissiale de San Nicolao. Le corps de l'oratoire est blanchi et bien à la norme, il fut érigé et béni sous l'autorité de l'ordinaire. Les portes du dit oratoire sont constituées d'une balustrade de bois sans serrure ni clef, et il a mandé de l'en pourvoir dans le mois.

[316r] [*en marge*] Parochialis sancti Petri Nesciae

Eadem die in vesperis.

Praefatus dominus visitator visitavit ecclesiam parochialem sub invocatione sancti Petri de Nescia, cuius de praesenti est rector admodum reverendus dominus Petrus Simeon de Petruccis, quam assequutus fuit octo circiter abhinc mensibus per concursum, ut ex bullis suae collationis Romae expeditis apparet, percipiens in annuo reddito libras quatuorcentum circiter monetae genuensis, consistentes in decimis, primitiis et oblationibus nec non ex aliis fructibus provenientibus ex bonis stabilibus ecclesiae.

Visitavit sanctissimum sacramentum, quod invenit asservari in pixide ex auricalco in totum deaurata, conopaeo albi coloris instructa cum cruce in eius summitate, et est elegantis formae inservitque pro adoratione et communionibus generalibus. Visitavit etiam aliam pixidem parvam ex argento intus deauratam cum sua bursa serica, quae inservit pro asportando sanctissimo viatico ad infirmos, et quia est in aliqua parte fracta [*sic*] mandavit infra duos menses readaptari. Ostensorium pro

[316r] [*en marge*] [Église] paroissiale Santo Pietro, de Nessa

Même jour à vêpres.

Le susdit seigneur visiteur a visité l'église paroissiale de Nessa sous l'invocation de Santo Pietro, dont est à present recteur le très reverend seigneur Pietro Simone Petrucci, qui l'a obtenue il y a environ huit mois par concours, comme il appert d'après les bulles de sa collation délivrées à Rome; il perçoit comme revenu annuel environ 400 livres de monnaie de Gênes, consistant en dîmes, prémices et offrandes ainsi qu'en d'autres revenus provenant des biens immeubles de l'église.

Il a visité le Très Saint Sacrement, qu'il a trouvé conservé dans une pyxide en laiton entièrement dorée, surmontée d'un conopée de couleur blanche, avec une croix en son sommet; elle est de forme élégante et sert pour l'adoration et les communions générales. Il a également visité une autre petite pyxide en argent dorée à l'intérieur avec sa bourse de soie qui sert à transporter le très saint viatique aux malades: comme elle a une partie de cassée, il a mandé de la réparer

expositione sanctissimi non adest, ideo mandavit de eo provideri saltem infra annum, de pluviali etiam infra praedictum tempus. Velum humerale invenit lacerum et fractum [*sic*], ideo mandavit infra bimestre de novo albi coloris serici [provideri]. Vidit baldachinum sericum elegantis formae pro processione cum sanctissimo, sicut etiam umbellam ad formam, mandavit tamen in summitate eius apponi crucem. Vidit lanternas magnas ad formam, sicut etiam caereos pro deferendo sanctissimo, de quibus providetur a communitate. Ante ipsum sacramentum pendet lampas ex auricalco ad formam continuo ardens ex impensis communitatis. Dictum sanctissimum sacramentum asservatur ad altare maius in tabernaculo ligneo in totum deaurato exiguae sed pulchrae formae, munito sera et clave, quam clavem mandavit quam primum deaurari saltem infra semestre, est etiam suis conopaeis diversi coloris instructum et de baldachino ligneo supra se proviso (*lire provisum*). Vidit turribulum cum eius navicula ex auricalco ad formam.

Visitavit fontem baptismalem, cuius vas est constructum ex lapide et calce, ciborium vero ligneum absque [316v] conopaeo et sera, ideo mandavit de sera secreta et clave provideri quae detineri debeat

dans les deux mois. Il n'y a pas d'ostensoir pour l'exposition du Très Saint [Sacrement] : il a donc mandé de s'en pourvoir dans l'année, ainsi que d'un pluvial dans le même délai. Il a trouvé le voile huméral déchiré et cassé : il a donc mandé de s'en pourvoir d'un nouveau dans les deux mois. Il a vu le baldaquin de soie de forme élégante pour la procession avec le Très Saint [Sacrement] ainsi qu'une ombrelle à la norme, à laquelle il a cependant mandé d'ajouter une croix au sommet. Il a vu les grandes lanternes à la norme, ainsi que les cierges pour porter le Très Saint [Sacrement], lesquels sont pourvus par la communauté. Devant le Sacrement pend une lampe en laiton à la norme qui brûle continuellement aux frais de la communauté. Le dit Très Saint Sacrement est conservé au maître autel dans un tabernacle de bois entièrement doré à la forme étroite mais belle, muni d'une serrure et d'une clef ; il a mandé de dorer au plus vite cette clef dans le semestre. Il est aussi surmonté d'un conopée de couleur différente [selon le temporal] et pourvu au-dessus d'un baldaquin de bois. Il a vu l'encensoir avec sa navette en laiton à la norme.

Il a visité les fonts baptismaux, dont la cuve est construite en pierre et en chaux, et le *ciborium* en bois sans [316v] conopée ni serrure : il a donc mandé de le pourvoir d'une serrure et d'une clef

apud parochum , et etiam de conopaeo, saltem infra bimestre. In dicto fonte vidit cochlear stanneum ad formam, vidit etiam vasa stannea oleorum chrysmatis et cathecumenorum ad formam. Visitavit etiam oleum infirmorum in vase stanneo, quod invenit asservari in scamno, ideo mandavit in posterum asservari debere in fenestrula, quam mandavit fieri in pariete prope altare maius in cornu evangelii et eam vestiri intus panno violacei coloris et muniri sera secreta et clave quae detineatur apud parochum, supra inscribendo litteris maiusculis *Oleum infirmorum*.

Doctrina christiana docetur per ipsum parochum singulis diebus dominicis inter missarum solemniam.

Nuptiae non benedicuntur, ideo mandavit in posterum benedici ad formam missalis romani, et si sponsi negligentes fuerint in benedictione petenda contra eos poenam (etc.).

Prope supradictum fontem vidit sacrarium, quod mandavit parum elevari et ostiolo muniri cum sera secreta et clave quae detineri debeat apud parochum, saltem infra mensem.

Procuratores dictae ecclesiae renovantur singulis annis et computa tunc temporis redduntur coram parochi et communitate.

